



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

104. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

habeant familiaritatem , nec ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant : quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit ut diabolus , qui infidatur sicut leo in cubili suo , de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero Clericus post interdictum Episcopi sui inlicitis familiaritatibus extranearum seminarum voluerit inhærere , à communione habeatur alienus.

De eadem re. *Ex Concilio Nannetenſi , capitulo vi.*

Concil. Nannet. c. 3.  
Lib. 7. Capitular. c. 291.  
Burchard. lib 2. c. 116.

**C IV.** Inhibendum & modis omnibus interminandum est ut nullus sacerdos eas personas seminarum , sicut & in canone insertum continetur , de quibus suspicio esse potest , in domo sua habeat. sed neque illas quas canones concedunt , ( quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur , aut etiam in pedissequis illarum ) scilicet matrem , amitam , sororem. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem cui sit necessitas sustentatio Presbyteri , habeat in vicino aut in villa domum longe à Presbyteri conversatione , & ibi eis subministret quæ necessaria sunt. Sed & hoc secundum auctoritatem canonicam modis omnibus prohibendum , ut nulla femina ad altare præsumat accedere aut Presbytero ministrare aut infra cancellos stare aut sedere.

De visitandis à Presbytero infirmis.  
*Vnde suprà.*

Concil. Nannet. c. 4.

**C V.** Cùm sacerdos audierit aliquem in-